

XVI. AD AVGVSTAM PRAETORIAM.

8074 columna miliaria ex viva rupe excisa, paullo extra vicum Donnaz versus castellum Bard proxime ad arcum quem dicunt latum m. 2.98 = ped. Rom. 10, altum m. 4.74 = ped. Rom. 16, per quem via transibat.

XXXVI

Contuli. Guichenon 1, 47 qui vidit; Aubert *rev. arch.* n. s. 6 (1862), 69; Promis *Aosta* p. 90 et tab. 1, quem vide luculenter disserentem de viae huius Romanae reliquiis et aetate. Hi tres auctores recte negant quicquam in columna legi vel umquam lectum esse praeter numerum, quem errore Guichenonius fecit xxxvii, Aubert xxx. Contra Puteanus et in cod. Paris. (Dupuy 461) f. 143 et in supplementis Gruterianis (cod. Lugd. Papenbroek. 6 f. 109) sic profert: 'est apud Augustam Praetoriam. DD NN | DIOCLETI|ANI·ET | MAXIM|IANI | AVGG | ET·CONST|ANTI·ET | MAXIMI|ANI·CES·B | XXXVI'. Utrum sit diversa praeterea ignota an haec ipsa aucta fraude, nescio.

Milia numerari ab Augusta Praetoria supra monui p. 755.

XVII. AD SEGVSIONEM.

Viam Segusionensem enarravi p. 811. Unicus qui quidem milia numeret cippus n. 8076 aperte Segusionem caput viae facit.

8075 marmo rotondo poco lungi da Novaretto vicino a Chiavrie nel monte S. Pietro dirimpetto a S. Michele STROPPIANA. Chiavrie BARTOLI.

CAESARES
GALLVS
ET VOLV
SIANVS
5 FELICES·P

Ex epistula Stroppiana canonici ad comitem Bagno data Giaveni 18 Sept. 1742 (inter Gazzeriana); Bartoli ms. (inde Promis *Torino* p. 434 n. 192).

Versus non divisit, 1 om., 5 FELICES·POSVERE Bart.

8076 columna miliaria. *Trovata alla riva di Dora, serbasi nella parrocchiale di S. Giorio terra nella val di Susa [VII—VIII m. p. a Susa] BAGNOLI. Dal borgo di S. Giorio portata al seminario FALCONIERI. Ibi extat.*

IMP caes
C·IVL Verus maximus
P·F AVG ger. max
DAC Max saR max
5 P·M·TR·POT coS p p p. C. 236
PRO·COs et
C IVL uerVS Maximus
GER·MAX daC·Max
SAR Max
10 PR·IVventutis nob
C·eS

XIII

Descripti. Bagnolo ms.; Falconierius misit Naponi 1794 (inter Gazzeriana).

Bagnolo sic refert: VF | C·IV... | P·F... | DA... | P·MIRPOP·O... | I...O | C·IV...V... | GER... | SA... | PRIV...

8077 columna. Susae THES., nella pidanzaria dell'abbazia di S. Giusto BALD. Venisse Taurinos in hortos palatii inde efficitur, quod habet PICT. Taurinis in museo MUR., MARM. TAUR., MAFF. Ibidem adhuc.

IMP·CAES
PONTIFEX·MAX
FL·CLAVDIVS IVLIANVS
SEMPER·AVG

Contuli. Susae descripserunt Thesaurus apud Cicereium ms. et Manutium cod. Vat. 5237 f. 382 (inde Don. 3, 68 ex schedis Vaticanis) et Baldezzan (ms. et apud Guichenonium 1, 57); Taurinis Pictor Taur. f. 2; Mur. 264, 1 a Caissotto;

Rivautella et Ricolvi marm. Taur. 1, 249 (inde Donat. 71, 1), ubi datur aere expressa; Maffei 213, 2; Promis *Tor.* p. 437 n. 197 ex lapide, n. 202 a prioribus.

3 litterae FL videntur fuisse in lapide, quamvis vix iam appareant. — Exempla tria antiqua subieci, quoniam dubitari potest, num titulus is qui hodie servatur in museo idem sit atque qui descriptus est saec. XV Susae et delatus inde saec. XVII incip. Taurinos, maxime propter versuum dispositionem apud Thesaurum et Pictorem, quippe qui eam ad lapidem dare consueverint.

Pictor:

IMP·CAES
PONTIFEX·MAX
CLAVDIVS
IVLIANVS
5 SENPER
AVG

Thesaurus:

IMP·CAES
PONTIFEX
MAX
CLAVDIVS
IVLIANVS
SEMPER
AVG

Baldezzan:

IMP·CAES·PONT·MAX
CLAVDIVS·IVLIANVS·SEMPER
AVG

8078 columna GUD.; Susae nella pidanzaria dell'abbazia di S. Giusto BALD. Taurinis in palatio GUD. *Pezzo di colonna ritrovato ieri [id est 6 Mart. 1699] nel giardino di S. A. R. [nimirum museo interim incendio devastato titulisque aliis pessum datis, aliis denuo sepultis in terra], ora in casa di Madama di Veruna MEZZABARBA 1699; nel giardino reale loco chiamato il Bastion verde IDEM 1704. Colonna ritrovata in Maggio 1781 ne' sotterranei della casa altra volta Galliziano d'Arache, ora Salmatoris COD. 921. Trovata a Torino nel 1781 nel palazzo del conte Salmatoris Rossiglione del Villar vicino al giardino del principe di Carignano DE LEVIS.*

VALENTINI
ANO·ET·FL·VALENTI·FELI
CISSIMIS·AVGG
IMP·CAES
5 PONTIFEX·MAX
FL·CLAVDIVS·IVLIAN
SEMPER·AVG

Susae descripsit Baldezzan (ms. et apud Guichenonium 1, 57); Taurinis in palatio Pictor Taurin. f. 2; Gudius ms. 448, 2, ed. 95, 8. Ibidem denuo repertam Mezzabarba misit Muratorio in epistula data Taurinis 7 Mart. 1699 (unde v. 1—3 ed. Mur. 264, 7 ex schedis suis) et denuo in altera epistula data ad eundem Mediolano 26 Mart. 1704. Inscriptiones cod. 921 bibl. reg. Taur. p. 68; de Levis *racc. d'iscr.* 2 (1784), 11. A prioribus Promis *Torino* p. 437 n. 200, 201, p. 440 n. 204, 205.

In vv. div. consentiunt Gud. cod. 921 Lev. et fere Mezzab., differt Pict. (v. i.), continuat Bald. — 1 VALENTINI Mezz. Lev., VALENTIN cod. 921, LLIVI (litt. dim.) Pict., om. Bald. Gud. — 2 sic Gud. Mezz. (sed FELICIS|SIMIS 1699, FELICIS), omittens SIMIS, 1704), cod. 921 (sed VALENT), Lev.; ANO EI EL VALINTE FL Pict., AMOELELIS·VALENTINI·FILL Bald. — 3 QISSIMIS cod. 921, DVLCISS Bald. — AVG Bald. Mezz. 1704. — 4 C·VER pro CAES Bald., CAESAR Mezz. — 5 nexum N habet Gud. — PONT·MAX Bald. — 6 FL cod. 921. Lev., om. reliqui. — nexum N servant Pict. Gud. — GLAVDIVS Bald. — IVLIANVS Bald. Mezz., IVLIANI Pict. — 7 AVGVSTVS Mezz. 1699. — Pictor vv. disponit sic: LLIVI|ANOE|EL | VALINTE FL | CISSIMIS·AVC|C·IMP·CAES | PONTIFEX·MAX | CLAVDIVS | IVLIANI | SEMPER | AVG, sane non ad lapidem, cum AVGG sic discerpatur.